



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

124. Explicantur cætera mysteria sacrorum Rituum, qui in consecratione
Episcopi adhibentur. Ex p. 12. t. 1. r. 124.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

aliis ad osculum recipitur, eum tunc non nisi Canoni-
ci ad osculum admittantur. Ex quo sanè arguitur,
quod sicut in institutione, ita & in consecratione
Episcopi salutatio per osculum ab ipso fieret.] Ita ille,
qui numero 3, observat mysticam hujus osculi signi-
ficationem dedisse Dionysium de *Celesti Hierarchia*,
cap. 3, sic alferentem. [Hinc consultatio illa inter Ec-
clesiastici ordinis homines servatur, & perficitur,
que sanctam parvum, similiumque mentium soci-
etatem indicat, lèttiamque mortuam, quæ amore di-
gnat, quippe quæ divinam pulchritudinem salvam &
incolument Ecclesiastici Ordinis formæ conservet,
2. Sed non deterat hic pro curiosis adducere ea,
qua circa præsentem materiam de osculo obseruat
et Societate Iesu Pater Jacobus Lobbetius in *spacio Ecclesiasticorum*, capite 8. §. 4. ubi sic ait. Inter
factas ceremonias, ritusque quos usurpat Ec-
clesia, reponitur osculum quod vulgo dicitur Pacis.
Omni avo osculum symbolum fuit amoris, ac be-
nevolentia singularis: à qua factum, ut apud Græ-
cos & Xenophontem eadem vox, φίλος & amare, &
osculari significaret, nimurum amor qui in cordis re-
gi, & arcano residet, ac latet, subit quodammodo
nos, & per illud tanquam per ostium animi elabatur.
Aeum osculi, & amoris, tum in voce, tum in re ipsa
communionem accedit omnium prope gentium usus,
ac fons, qui amorem suum unico fere osculo pro-
digere: ita apud Romanos invaluit illud, ut amici in
moto catulorum, & filii in obitu parentum lese
scorborum oscula demitterent, spiritumabiturientem
aperto ore, & hiantibus quasi labris excepturi, quod
suum charitatis erat argumentum. Et illud ita cui-
que pervium est, ac tritum, ut pluribus probare sit
nec.

Arcanum magis, ac reconditum illud, quod oscu-
lum antiquis, etiam fuerit indicium prærogativæ di-
gitatis imperii, gratiæque per illud conferenda.

Exempli si voles, tibi dabunt sacræ paginæ,
Doctorum schola, ac pulpita, ipsique ritus in
Sacerdotum consecratione quondam servari soliti.

3. Caligarat Ilac, & oculorum orbes prope ami-
serat lucileque hujus usuram; cum ad eum de venia-
tione redit Iacob, & à Parente sene quam opti-
mo sibi bene precari benedici petit: tunc senex:
Accede, (inquit) ad me, & da mihi osculum filii.

4. Quid opus osculo, pueris abulensi? opus enim
vero quam maximæ. Ambiebat Iacob jure primogeni-
tum, & amplissimi in fratres, ac posteros principatus:
cum bonus Ilac in Iacobum filiorum natu minorem
uno oculo transfudit.

5. Ita deinde posteris seculis, cùm Saülem in Re-
gnum mixit, erexitque Samuël de osculatus est eum,
de osculo ei regios animos, dignitatem, & majestati-
tem gratiam impertit: ita cœtuere Theodoreus, &
Vicopius: Quamquam alii id referri malim ad obser-
vantiam, quam Saüli osculo testabatur Samuël: mo-
reum recepto ut populus in signum submissionis
Regem oscularetur. Quod si à Regia ad lyceum tran-
site velit, & in hoc osculo sua vis, & authoritas. In
conferenda laurea doctorali, & novellorum Doctor-
rum inauguratione, Academia Principes dabant os-
culum, ut quam habebant in docendo autoritatem,
per osculum quodammodo transmiserent.

6. Nequem mirum si ea legendi, docendique poten-
tias tradicendi potuit, cum & ipsa gratia, quæ os-
culi quodammodo, beatæque æternitatis dos est, semen-
que gloria, sic possit participari. Certè quondam in
consecrationibus Sacerdotum mystica fiebat osculatio: &
Episcopus Neomistæ incumbens, impertio osculo
consecrationem perficiebat. Imo & ipse Salvator op-
tus in discipulos insufflavit, & illo suo spiritu, be-

nignaque ad osculum inclinatione, Spiritu sanctum,
ejusque dona, ac chrismata immisit, atque inspi-
ravit] Hucusque Libbetius, qui alia plura nimis eru-
ditæ subdit, & postea magis ad nostrum casum acce-
dens, sic afferit: [Elaborat postremum, quod in hoc
argumento mihi propositum fuit, osculum, quod pa-
cis appellamus. Originem illud habuit à familia Chri-
sti, in qua discipuli reduces Magistro suo osculum
offerre soliti in pignus amoris, & in signum veneratio-
nis, hinc illæ querelæ, & amica expostulatio Christi ad Simonem Phariseum: Intravi in domum tuam, os-
culum mihi non dedisti, de more scilicet mœrorum
familiarium, & domesticorum. Ex illo Ecclesia avitæ
pietas amans, ac retinens in sacris Missæ solemnibus
osculum offerti voluit. Ideoque Diaconus olim con-
tentus voce clamabat. Osculemur nos invicem. Ad
ea verba, quasi data, acceptaque venia: viri viros,
fœminæ fœminas osculabantur, ut mihi testis est
Clemens Alexandrinus, qui osculum illud mysti-
cum appellat. Divus Paulus Sanctum; salutare, in-
quiebat, invicem in osculo sancto. Divus Ambrosius,
pietas, & charitatis pignus.

7. Tertullianus venerandæ antiquitatis observa-
tor, & interpres, osculum pacis, signaculum ora-
tionis: quod a Sacerdote sacrificium immortalis Deo
offerente, primum ad Diaconum, & ab hoc ad alios
longius emanabat. In quo situ docte observat Ioannes
Baletius antiquissimus Theologus Patiensis, la-
crys operante osculum accepisse primum ab ipsa sa-
crofæcia Eucharistia, ac deinde aliis dedisse: ut senti-
tas unde tibi totique populo amor, charitas, pax
esset, alta scilicet ab ipso Altaris Sacramento.

8. Ea basorum in templis confuetudo, non diu
tenuit, subeunte per osculum flagitio, imo duobus
scelerum monstris peridia, & impudicitia, quibus
animi polluebantur. Hinc Ecclesia (qua labentibus
annis collapsa etiam filiorum suorum innoxia pietate,
prospectum voluit) osculum illud sustulit, &
tantum sacros inter Ministros servandum se existima-
vit.] Hæc Lobbetius.

RESOL. CXXIV.

*Explicitur cetera mysteria sacerorum Rituum, qui in
Consecratione Episcopi adhibentur: Ex p. 12. tr. 1.
Resol. 124.*

§. 1. **C**ollocatur deinceps Episcopus, hoc est, in-
spector omnium, in editiore supra omnes
specula, inquit Ambrosius, ut ita cunctos respiciat, &
cunctorum oculi in eum respiciant. Quidni locet
in eminenti, ait Bernardus, unde prospectet omnia,
qui speculator super omnia constitutus? Collocatur
in sede Iesu Christi homo mortalis, qui aliquando ju-
dicium, & sententiam, vel æternæ salutis, vel perpe-
tuae damnationis, ex eadem sede, prout eadem tutu-
sus fuerit, reportaturus est. Collocatur in Solio illius,
cujus Sedes Cherubim sunt, mentes tranquillissimæ,
& placidissimæ, pace perenni, quæ exuperat omnem
intellectum, perpetuè gaudentes. In quem desiderant,
& Angeli proficere, cui omnes Patriarchæ serviunt;
cui omnes Prophetæ testimonium reddunt: cuius pe-
dum vel ipsam corrigiam calceamenti qui solvat, in-
dignum se judicat ille, quo nullus major exitit
inter natos mulierum. Cujus loci consideratio, inquit
Bernardus facit honoris contemptorem in honore
etiam ipso. In alto positum, non altum sapere dif-
ficile est, & omnino inusitatum; sed quanto inu-
sitatis, tantò gloriösius: timor de adepta iam
altitudine, tædet magis facit, quam placere ipsam
altitudinem. Nulla splendidior gemma in omni
M m 3 p ræcipiæ

principi ornatus Pontificis; ipsa humilitate: quo enim celorum, et humilitate appetit illustrior, & scipio. Blanditur Cathedra, specula est, non domus: qui elevavit, deicere potest. Consideras gradum, & calum metue: consideras fastigium dignitas, & vide faciem abyssi deorum. Occupare enim locum; & non facere fructum, nec loco expedit, nec persona. Haec quidem haec tenus divinitus Bernard.

Sic igitur collocato Pastore in sua Sede, prorumpit universa Ecclesia in confessionem, & laudes Omnipotens Dei; in quas omnis humana actio & institutum, merito desinere debet. Dicitur per templum novus Antistes, ut omnibus innocentia commendatur Summo Pastori, & Rectori omnium Deo; ut quem Ecclesiae sue Pastorem praesesse voluit, propitiis respiciat, det illi verbo, & exemplo profratre, & ad vitam unam cum grege sibi commisso semperiternam pervenire. Quantumlibet enim fuerit peritus gubernandi, inquit Chrysostomus, nisi inter hujusmodi gubernacula gratiam habeat, & pacem, qua à Deo est, & naviculam simul, & navigantes procella involvet, mergiturque profundo.

3. Sic vestitus, sic ornatus novus Praeful benedit populo, ac dimittit Ecclesiam. Pleni autem amore, & spiritu divini Antistites, in mutua salutines, & in mutua oscula, mutuoque amplexus effunduntur, mutuam sibi pacem tradentes, & accipientes.

4. Precatur sacer confibrator novo Praefuli tanquam spirituali filio suo in omni cura, ac solitudine subjecti sibi gregis, omnes salutares, & optatos successus; Precatur novus Pontifex confibratori suo quem in Patis loco vetustissimis institutis, per omnem vitam habere, ac venerari jubetur ter elata voce, multos, felices, & prosperos annos.

5. Amor siquidem Pastorum, & concordia, salus, & incolumitas est gregis. Decet enim eos, qui omnis pacis, & amoris ceteris omnibus hominibus ducere, & autores esse debet: ad cuius rei designationem, in veteri lege, non alii, quam Sacerdotes ignem in templo Dei, accendere jussi sunt; eos ipsis inter se nullis dissensionibus, nullis similitudibus dissidere, sed mutuam pacem, & charitatem perpetuam colere. Sic enim amissi conjuncti, atque concordes, viribus quoque magis pollebunt, omnisque inimicorum fraudes, atque infidias, omnem vim, & impetum, facilius sustinebunt, atque superabunt penitias. Amor, & Concordia Pontificum, amorem, & mutuam charitatem foveat Principum, Principum consensus, & concordia populi salus est.] Huc uique Socolovius, & ex illo Barbola de potest. Episcopi. part. i. iii. 4. c. 5. num. 2.

6. Sed scias, amice Lector, divinum ingenium sancti Preceptoris Divi Thomae paucis verbis omnia a nobis superius dicta, complecti in Addit. ad 3. par. quæ. 40. cap. 7. in corpore, ubi docet, Episcopum habere supra Sacerdotem novem vestimenta; quæ sunt Caliga, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chirotheca, Annulus, & Baculus; quia novem sunt, quæ ipse super Sacerdotes potest; scilicet Clericos ordinare; Virgines benedicere; Basilicas dedicare vestes & Vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum: per Sandalia, quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum: per Succinctorium quo stola ligatur cum alba, amor honestatis: per Tunicam perleverantia, quia Iosephum tunicam talarem habuisse legitur, quasi descendenter usque ad talos, per quos significatur extremitas vita, per Dalmaticas largitas in operibus misericordia: per Chirothecas cautela in opere: per Mitram scientia utriusque testamenti; unde & duo cornua habet: per Baculum cura pastoralis, qua debet colligere vagos quod significat curvitas in capite baculi;

sustentare infirmos, quod ipse stipes signat baculum & pungere lento, quod significat stimulus in pede baculi. Per Annulum Sacra menta fidei, qua Ecclesia despontatur Christo: Episcopi enim sunt in Ecclesia loco Christi.

7. Horum Pontificalium ornamentorum antiquitas clarè constat ex Sancto Bernardo Epiph. 41. circa finem, ubi inter ornamenta Episcopalia emendatur Mitram, Annulum, & Sandalia. Idem faciunt Innocentius I 11. lib. 2. mif. Missa cap. 41. lib. 1. de Divino Officio. cap. 24. & alii de rebus Ecclesiasticis Scriptores; quare multa hic missa faciemus apud praeditos Autores legenda. Et hæc omnia minutissimè & latè explicare volui circa mysticam interpretationem Rituum, qui in consecratione Episcopali ministrantur, nam dubito aliquos Episcopos, illos tantum materialiter adhibere, non autem formaliter intelligendo videlicet quid ex illis Ritibus adhibent mysticè significantur.

RESOL. CXXV.

*Quare in Consecratione Episcopali tres Episcopi adducantur, ut visum est * supra; & an sit ad necessitatem precepti, vel ut alii volunt, de necessitate Sacramenti.*

Ex p. 12. tract. 1. Ref. 125.

§. 1. **C**VM mysticas rationes aliorum Rituum consecrationis Episcopalis in superioribus Revolutionibus explicaverimus, visum est hoc pro consulta exquirere cur statutum sit Consecratione Episcopalem à tribus Episcopis ministrandam esse. Et hoc cum Hallier de Sacram. Ordin. part. 2. cap. 2. art. 1. §. 1. n. 9. Quadruplicissimum de caula statutum esse coniunctio, ut tres saltæ Episcopi Episcopalis Ordinationi interessent, primum ad Episcopatus unitatem servandam; quia enim, ut habet Cyprianus, Episcopatus unus est Episcoporum multorum concordi numeritate diffusus, nec Episcopus legitimus, esse potest qui à Coepiscoporum suorum Corpore & ab Ecclesia unitate desciscit: ideo ad eandem unitatem vendam, strictiusque colligandam prudenter institutum est ne quis nisi ab Episcopis simul adunatus, & collectis ordinaretur. Secundū ut divina Gratia, quæ in iis ordinationibus maximè necessaria est, magis appareat. Cum enim promiserit Christus, ubi duo vel tres congregati fuerint in ejus nomine, se in medio eorum futurum, consentaneum viuis efficiat in nomine Christi, id est authoritate Metropolitanus, vel alterius potestatem habentis, duo vel tres Episcopi congregentur, ut ordinationem futuri Antistitis perficiant. Tertiū ne in re tanti momenti, quanta Episcopalis est ordinatio unius iudicio cum periculo fidei fideretur, & ambitioni exinde, ac tyrannicae cupiditati potestari via aperiretur: Nam, ut ait Anacletus & post eum Isidorus Hispalensis, Rabanus Maurus Concilii Aquisgranensis Patres & alii, quod Episcopus non ab uno, sed a cunctis consenserit, aut presentia Comprovincialis est ordinandus, & non minus quam à tribus, ceteris consentientibus influente Domino, fieri jubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiae, unius autoritas moliretur, & regula, vel fiducies confunderetur credentium. Consentit Syricus vetans, ne unus Episcopus ordinare presumat propter arrogiantiam, ne futurum beneficium praestitum videantur. Quæ ultime verba habentur etiam in Epistola Innocentii L. ad Venerabilem Rotomageniem. Quartū, quia ut docet S. Gregorius in iis rebus spiritualibus, & sapienter & maturè disponantur, & exemplum trahere a rebus Cardinalibus possimus. Certè enim dum conjugia in mundo